



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

IV. Promulgatio Canonizationis B. Catharinæ a Bononia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO
1724.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

87

† Ego Alexander S. Marie in Cosmedin Diaconus
Cardinalis Albanus.
† Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Car-
dinalis de Judice.

†
†
†
†

P. Card. Prodatius.

F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia I. Archiepiscopus Ançyan.

L. Martinettus.

IV.

Promulgatur Canonizatio B. Catharinæ a Bononia Clarissæ, jam antea a Clemente XI. Sanctorum Virginum albo adscriptæ.

Similes sunt huic Constitutiones precedens, & se-
quens. Peracta fuit Canonizatio an. 1712. Maii
22. P. 12.

Dat. 4. Junii
1734. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

Exordium.

Expositio fa-
cti, & vite B.
Catharinæ.

Ratione congruit, & convenit æquitati, ut
qua Romanus Pontifex in plenario conven-
tu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium;
Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episco-
porum, unanimi eorum consilio communicato,
sanxit, & definit, licet postea ob ejusdem Pon-
tificis obitum litera Apostolica de his conscripta
non fuerint, suum tandem consequantur effectum.

J. 1. Jampridem pia mem. Antecessor noster
Clemens Papa XI. rem Apostolatu suo maxime
dignum reputans, Dei famulis olim Christiana-
rum virtutum perfectione excellentibus summos
honores in Catholica Ecclesia decernere, post
intellectam Sacrae Deo Virginis Beatae Catharinæ
a Bononia Ordinis Minorum Beati Francisci,
qua Clarissæ appellantur, præclaras, & lauda-
bilem vitam insignium quoque miraculorum se-
rie illustratas, qua in Sanctis suis mirabilis
Deus, per ejusdem Sacrae Virginis merita operari
voluerat, justum, & summe decens existimavit,
Dei electam ancillam, ut vere Sanctam, in Mi-
litanti Ecclesia, secundum receptos Ecclesiae Ro-
manæ ritus auctoritate sibi divinitus tradita,
honorandam sancire, ejusque virtutes tanquam
eximias, & præcipientes, omnibus Christianis
imitandas proponere, ut ad summi Dei cultum
ipsius exemplo se componentes, in necessitatibus
patronam, & deprecacricem apud Dominum
nunquam habere mererentur.

J. 2. Anno Christi Domini 1413. 6. Idus Sep-
tembris, Bononiæ primaria Beati Petri, atque
Italia Civitate, unde huic Sacrae Virginis cognomi-
men adhæsit, ex Patre Ferrarensi, & Matre
Bononiensi, non sine prodigiis, futuram ejus
Sanctitatem præmonstrantibus, Catharina orta
est. Ex Margaritæ Aetlinæ aula, ubi triennium
vixerat, etatis sua anno 14. Ferraria in Monas-
terium Corporis Christi sub Regula Ordinis Mi-
norum Beati Francisci, qua Clarissæ appellantur,
Cælesti Sponso ancillatura, confugit, ubi
omnium rerum humanarum, ut uni Deo vaca-
ret, cogitatione deposita, ex humani generis
hoste, orationis, & divina gratia clypeo munita,
Viatrix semper evasit, immo ipsa, alias
latine docta artem de eo triumphandi Italæ ex-
poluit, libro de septem spiritualibus armis inscrip-

Ejus ortus
1413.

Clarissarum
Monasteriū
ingreditur.

Librum
quendam
conscriptis.

Bullarii Rom. Contin. Pars VII.

to; quod humilitatis Institutum ab se igni tradi-
tum, mox novo Dei monitu iterum literis con-
fignavit. Tam coram vita innocentia se superis
reddidit, ut Deus, qui arcana Cælestia, ei non
semel patere voluit, eam pariter, sibi uni pro-
pria scientia futuron, instruxerit, qua præ
ceteris patriæ suæ de hoste victorias, & Orienta-
lis Imperii, ob Græcorum impietatem, & Schism-
ma funestam cladem prænunciavit.

J. 3. Piæ Virginis fame longe, lateque diffusa,
patriæque Oratoribus Coloniæ Sororum eius
sibi concedi flagitantibus; novum sue Re-
gulae Monasterium excitatura, Bononiæ Na-
tale solum, ire jubetur. Ad Ferrarensium tur-
bas, discessum ejusmodi ægre ferentium, vitan-
das, iter cum Oratoribus, sacrificare Beati Fran-
cisci alumnis, noctu dispositum est. Catharina
autem, uti erat viribus fracta, alienis brachiis,
instar cadaveris, extra Monasterium, educta,
mox ita convulsa, ut currum quo ad flumen
Rhenum perducta est, sola, & nullius opis indi-
gida adscenderit. Beslariorum Basilicæ Duodecim
Apostolorum S. R. E. Presbyterium Cardina-
lalem, Bononiæ pro Apostolica Sede Legatum,
& Philippum Civitatis Episcopum, pariterque
S. R. E. Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presby-
terum Cardinalem Calandrinum nuncupatum,
nendum patrium Senatum, magnamque Civium
frequentiam, Catharina, & reliquæ ei comites
traditæ Sacra Virgines obvios habuerunt. Ea-
rum Collegii poltimodum absoluti, Dei jussu
prefecturam suscepit, socialisque vere Sanctarum
Virginum Chorum sui pietatis exemplo constituit.

J. 4. Jam per annos duodecim variis, &
multis ægritudinibus, vitæque incommodis Bo-
noniensem Virginem, nihil omittentem, quod
munus suum spectare videretur, Dominus exer-
cuerat quum eam, quibusvis cruciatibus alaci-
ter pro Deo tolerandis paratus, lethalis mor-
bus invasit. Tunc pro charitatis æstu, quo sum-
me flagrabat, nihil prius habuit, quam, ut So-
roribus suis quasi ultimum vale dictura, æternæ
salutis monita patefacet, maximaque religio-
ne suscepit Ecclesiæ Sacramentis, se, quod
tamdiu anhelaverat, in divini Sponsi occursum
iterum dispositus, sed toto Virginum cœtu Deum
exorante, ne filias mœrore confectas tantæ Ma-
tris solatio viduaret, Catharina mentis excessum
passa e lectulo incolumis surgit, consuetoque
prefecturæ muneri, ut anteœ obeundo solicitam
operam navat, anno, quo supervixit, diu, no-
ctuque Christianis virtutibus toto pectori excelen-
tibus, unisque cælestibus, ad quæ non sine
lacrymis adspirabat, meditandis intenta.

J. 5. Majoris hebdomadæ tempus advenierat,
quum de more ablitus Sororum pedibus, semel,
atque iterum vehementibus, & aptissimis ver-
bis eas ad amorem Crucis hortatur, resolutio-
nis suæ tempus instare vaticinata. Hoc tamen
a Sororibus non statim animadversum, Catha-
rina hilari vultu, vicinam mortem non indicante,
sed vita sua cursum se consummasse dicenti,
nuncius proxima discessionis erupit. Mox acer-
bis doloribus correpta decubuit, quibus fortis
animo toleratis, sumptisque miro pietatis studio
Sacramentis, atque oculis in Crucifixi imaginem
sæpe conversis, piissimos hymnos ab se compo-
sitos recitavit. Sorori vices suas post dormitionem
obitura cæteras pias Virgines intimo animi
sensu commendavit, deque Cælestibus, & Chris-
tianis rebus eas allocuta, post dulcem Sanctissi-
mi Nominis Jesu iteratam invocationem, spiri-
tum Deo reddidit. J. Idus Martias anno salu-
tis 1463. etatis sua quinquagesimo.

J. 6. Defuncta longe pulchrior, quam viva,
adolescentulam plane dormientem referre visa
est. Post ejus animam in Cælum receptam, &
corpusculi depositionem, multis illius patro-
nio apud Deum se commendantibus, quum duo

ANNO
1724.

Futurum
scientia clara
exituit.

Bononiæ no-
vum Monas-
terium exci-
tat, cui &
præfuit.

Multa adver-
sa valenti-
nis incom-
moda diu
æquo animo
pertulit.

Supremum
diem vatici-
nata obiit
1463. virtuti-
bus omnibus
prædicta.

Signa ejus
Sanctitatis
Post obitum
caelitus edita.

A Clem.
VIII. cultus
publicus ei-
dem Sanctæ
Virginis una
cum Indul-
gentiis con-
cessus fuit,
& a Clem.
VIII. in Mar-
tyrologii ta-
bulas relata.

de viginti dies effluxissent, incorruptum, & sua-
vem spirans odorem, sepulcro eritur, septemque
dierum spatio omnium undique confruentium
oculis exponitur, quod sedens instar viventis ha-
bitus magno cum honore ibidem colitur.

¶ 7. Felicis recordationis Antecessor noster Cle-
mens PP. VII. annos septem, & sexaginta a Catha-
rina decessit, sacri corporis incorruptionem, ma-
nu tractabilem, coram miratus Monasterii Sorori-
bus facultatem indulxit, quotannis Catharina an-
niversari obitus die recurrente sacras preces in
eius honorem ritu Ecclesiastico recitabit; cum die-
bus singulis inter horas canonicas ejusdem nomen
commemorandi; Indulgentiam quoque illis conce-
dit, qui peccantia, & Eucharistia Sacramentis pie
suscepti, sacram ædem, ubi Virgo Dei requiecit,
anno festo ejus inviserent. Postmodum ad sacras
quoque Ferrarienses Virgines earundem precum
recitandarum facultas extensa est; tum Missa pro-
pria ad ejus honorem in Ecclesiis Sanctimonialium
utriusque Civitatis, Sacerdotibus, qui eis essent a
sacris Confessionibus, Apostolica largitate permis-
sa. Crescente Dei Ancillæ virtutum, & meritorum
fama, inclytæ memoriae Antecessor noster Cle-
mens Papa VIII. nomen ejus in sacras tabulas
Martyrologii Romani referendum curavit: Postea
sedente alio Decessore nostro fel. me. Innocentio
Papa X. ad alterius Decessoris Urbani Papæ VIII.
Decretorum normam, de Catharina in Sanctarum
Virginum Canonem referenda aëtum, deque omni-
um ejus virtutum perfectione in gradu summo
plene constare, decretum est. Hoc felicis quoque
memoriae Innocentius Papa XI. Antecessor noster
confirmavit, novaque miracula, quibus post per-
missam ab Apostolica Sede Ancillæ suæ venerationi,
Deus sanctitatem ejus patefecerat, auctori-
tate sua pariter comprobavit.

¶ 8. Hinc tandem factum, ut idem pia me.
Clemens Papa XI. universis, quæ ex S. R. E. disci-
plina, & ritu, Decessorumque nostrorum Pontificum
Romanorum Constitutionibus Apostolicis, sacrisque Canonibus in Catharina eximitis virtutibus,
& miraculis examinandis, & comprobandas
servanda erant, sancte servatis, magna solemnitas
diem Dominicam, Sanctissimæ Trinitati sacram
XI. Kalendas Junias anni Dominicæ Incarnationis
1712. fui Pontificatus XII. futuram indexerit, qua
Catharinam Sanctarum Virginum Canoni adscri-
beret, quod Reges, Princes, Viriisque insignes
Ecclesiastici, & Seculares plurimi, & urgentissimi
precibus ab Apostolica Sede ante flagitaverant.
Clemens ergo indicta die in Beatorum Apostolorum
Petri, & Pauli Basilicam magno apparatu defi-
cendit, ubi in plenario S. R. E. Cardinalium, Pa-
triarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum
conventu repetitis pro Beata Catharina in Sanctarum
Virginum Canonem referenda humillimis ad
Deum precibus, Sanctique Spiritus gratia enixe
invocata, ad honorem Sanctissimæ, & Individua
Trinitatis, Fideique Catholicæ amplificationem,
auctoritate Omnipotenti Dei, Patris, Filii, & Spi-
ritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Aposto-
lorum, totius ejusdem Conventus consilio, una-
nimique consensu, beatæ memoriae Catharinam a
Bononia de cuius Sanctitate, virtutumque, ac pro-
digiorum magnitudine plene constituerat, una cum
Confessore, & Pontifice Pio Papa V., ceterisque
Confessoribus non Pontificibus, Andrea Avellino,
& Felice a Cantalicio, Sanctam pronunciavat, in
que Sanctarum Virginum non Martyrum Cano-
nem referendam esse decrevit, eamdeinde a cun-
cis Christifidelibus, tanquam vere Sanctam, co-
lendam, honorandam, invocandamque definitivit,
in ejus honorem sacras aedes, & Altaria, in qui-
bus incruentum Sacrificium Deo offeratur, con-
strui, ac dicari posse, & quotannis VII. Idus Mar-
tias, qua ad Cœlestem Patriam evolavit, ejus mem-
oriam, ut Sanctæ Virginis pie coli sancivit. Po-
strem gratiis Deo cum exultatione actis, quod

Sanctam Virginem cum cæteris confessoribus in
conspicu omnium gentium honorificasset, tam-
que insigni gloria Ecclesiam suam decorari volui-
set, in ejusdem Virginis, Sanctorumque Confessori-
um laudem, solemni oratione cantata in ara ma-
xime supra confessionem Beati Petri Apostolorum
Principis cum eorundem Sanctorum commemo-
ratione Missæ Sacrificium celebravit, singulique
Catholicis, qui aderant, plenariam omnium pecca-
torum Indulgentiam, & remissionem largitus est.

¶ 9. Ne vero de hujusmodi definitione, &
sanctione Apostolica, ceterisque præmissis, pro-
presa quod super illis ab eodem Clemente, aut
ab ejus Successore fel. mem. Innocentio PP. XIII.
Decessoribus nostris, literæ decretales conscriptæ
non fuerint, unquam possit in posterum quomo-
dolibet hæstarit: Nos, qui utrique disponente Do-
mino, licet immeriti, in Cathedra Beati Petri suc-
cessimus, volumus, & Apostolica auctoritate sta-
tuimus, ut Decretum, definitio, sanctio, adscriptio,
relatio, concessio, ceteraque haec tenus recenti-
ta jam dicta die XI. Kalendas Junias Annis 1712.
suum consequantur effectum, ac si super illis ab
eodem Clemente revera literæ decretales eadem
die conscriptæ fuissent, ut superius narratur.

¶ 10. Volumus autem, ut præsentes literæ
ad probandum Decretum, sanctionem, adscriptio-
nem, relationem, statutum, concessionem, ce-
teraque præmissa, undeque sufficiant, neque al-
terius cujuscumque probacionis adminiculum ad
id amplius requiratur.

¶ 11. Præterea, quia difficile foret, has no-
stras ad singula loca, ubi opus esset, adferri, vo-
lumus, ut eamdem exempla, etiam typis im-
pressa, manu publici Notarii subscripta, sigillo-
que alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica
constitutæ munita, eamdem ubique fidem obri-
neant, quam ha nostraræ obtinerent, sicubi eas
exhiberi, vel ostendi coningeret.

¶ 12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc
paginam nostri decreti, definitionis, sanctionis,
adscriptiois, relationis, statuti, concessionis in-
fringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis
autem hoc attentre presumperit, indignationem
Omnipotenti Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarna-
tionis Dominicæ Millefimo Septingentesimo vi-
simoquarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus
nostræ Anno Primo.

† Ego Benedictus Catholicæ
Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Franciscus Episcopus Praenestinus Cardinalis
Barberinus.

Causæ hu-
iūs Constitu-
tionis.

Promulgatio
Canonizatio-
nis B. Catha-
rinæ.

Clauſula.

ANNO
1724.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

89

ANNO
1724.

† Ego Petrus Episcopus Sabinenensis Card. Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius.	† Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alterius.
† Ego Laurentius Episcopus Tuscanulus Cardinalis Corsinus.	† Ego Angelus in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.
† Ego Joseph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinals Sacripantes.	† Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.
† Ego Thomas Tit. S. Mariae Transtiberim Presbyter Cardinalis Rufus.	† Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.
† Ego Philippus Antonius Tit. S. Ceciliae Presbyter Cardinalis Gualterius.	† Ego Carolus Sanctæ Marie in Aquirio Diaconus Cardinalis de Marinis.
†	† Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.
†	† Ego Alexander S. Marie in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.
†	† Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.
† Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. Clementis Albanus S. R. E. Camerarius.	†
† Ego Ludovicus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.	†
† Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. de Via.	P. Cardinalis Prodatorius.
† Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.	F. Cardinalis Oliverius.
† Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.	V I S A
†	De Curia I. Archiep. Ancyranus.
†	L. Martinettus.
† Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.	Reg. in Sec. Brevium.
†	—
† Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.	Promulgatur Canonizatio B. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum, olim a Clem. XI. in Sanctorum numerum adscripti.
† Ego Nicolaus Tit. Sandorum Nerei, & Achille Presbyter Cardinalis Spinula.	Constitutio precedens est huic similis. Uti & alia ed. 1726. Dec. 10. P. 3. Peracta fuit Canonizatio an. 1712. Maij 22. P. 12.
† Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.	BENEDICTUS EPISCOPUS
† Ego Ludovicus Tit. S. Priscae Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.	Servus Servorum Dei. Ad perpetuum rei memoriam.
† Ego Joseph Tit. S. Susanna Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerdia.	Rationi congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum unanimi eorum consilio communicato, sanxit, & definivit, licet postea ob ejusdem Pontificis obitum literæ Apostolicae de his conscriptis non fuerint, suum tandem consequatur effectum.
† Ego Joannes Baptista Tit. S. Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Salernus.	S. 1. Recolenda memoria Antecessor Noster Clemens PP. XI. ut frigescerent Christianorum pietatem ad Domini cultum accenderet, Servorum Dei exempla, qui virtutum magnitudine olim claruerant in summo Romanæ Ecclesiæ candelabro lucentia pro sua pastorali sollicitudine exponere statuit, Beati Felicis a Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, gestis omni præcilio memorandis, & signis, quæ Deus ob ejusmerita ediderat, in examen vocatis de illo Sanctorum factis adscribendo provide cogitavit.
† Ego Alvarus Tit. S. Bartholomai in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.	S. 2. Felix, in eunte Sæculo 16. circa annum Christi 1513, in finibus Reatinorum humili loco natus, ab ipsa adolescentia futura virtutis argumenta, in dies animum ejus ad summi Dei cultum excitantia, manifestavit. Literarum plane rudis, agrisque colendi deditus, ex sibi prelectis veterum Patrum gestis anterioris vita, qua illi
† Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthai in Merulana Presbyter Cardinalis de Alterius.	Exordium.
† Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.	Expositio fa- cti, & Vitæ B. Felicis.
† Ego Prosper Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Marefuscius.	Eius Ætus 1513.
† Ego Nicolaus Tit. S. Mariae in Dominica Presbyter Cardinalis Coscia.	
† Ego Benedictus S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphiliius.	
† Ego Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.	

Bullarii Romani Contin. Pars VII.

H 3

excellens